



Georg 539



Georgs-B.

JACOBUS SPIEGEL REGIVS
Albrecht domini V. etis Abbas Vimpf
Jungo & Pinyon Theologus Rhenus &
Pavio vns p. l. o. b. a. s. c. r. i. t. i. c. i. t. a. t. i. o. n. i. s.

ORATIO HABI

TA CORAM CAROLO AV

gusto designato, in praesentatione des

creti Electionis, cum Respoſiua,

ac quibusdam alijs.

1519

IACOBVS SPIEGEL REGIVS
A secretis, dominis Volzio Abbati, Vimpe
lingio & Phrygioni Theologis, Rhenano &
Sapido uiris philosophis, cæterisque literarij
sodalitij Selestadien, amicissimis S. D.

Saluum sit sodalitiū literariū patriū, Huius Augu
stanae ædis haud incelebris nominis Canonicus
D. Bernardus Adelman, de Adelmansselden, nudius
quartus orationē coram Carolo recens Cæsare electo
Principe & domino nostro clementissimo, habitam
in presentatione decreti (ut aiunt) Electionis. Item ora
tionem responsiuā mihi cōmunicauit, quas statim fra
tris amanuensis opera excubendas curauit, ut ad uos
protinus iret. Si lecta placuerint, & digne uestro, siquē
de meo iudicio, uisē sunt, ut publicentur, nihil est quin
exeant in multitudinis usum, una cū regijs literis, quib
us gratiæ aguntur Electoribus, quod Carolū Au
gustū designauerint, ac pontificij breui, quo Leo ma
gnus sacerdos Carolo nostro congratulatur. Valete
& triumphate barbariei uictores inclyti, Salutat uos
omnes Chuonradus Peutingerus, Ex Augusta Vin
delicorum Kaleñ, Martijs, M. D. XX.

ORATIO HABITA A BERNAR

do vvrmsferio Iureconsulto, nomine illustriū
& Magnificorū dominorū Oratorū impe
rij, die S. Andreae, ultima Nouembris.
M. D. XIX, corā sacratissimo Cæsa
re, in Molino Regis prope Barchi
nonā, in p̄sentatione decreti Ele
ctionis.

TRadunt philosophi ac sapientes uiri sacratis
sime Cæsar auguste serenissime ac inuictissi
me, Hispaniarum Rex Catholice potentissi
me Princeps, ita hominū naturā comparatam esse, &
alios imperare, alios parere & obedire necesse sit. Sed
ad hos imperandi dignitas spectat, qui ingenij acumi
ne, uirtutisq; p̄stantia, & consilij magnitudine cete
ros antecellūt, qui iusticiam cōplectuntur, & nihil ma
gis q̄ cōmunem hominum ac Reipublice salutem se
quuntur, qui belli gloria, & pacis tranquillitate, ita gu
bernandi rationem moderantur, ut nihil sit, quod ab
eis non laudabiliter splendideq; geratur. Tales sacra
tissimos Romanorū imperatores progenitores tuos
serenissimos ac potētissimos Reges antecessores splē
didissimi ac gloriosissimi tui generis auctores, ac p̄cis
pue Diuū Maximilianū, sacratissimū Romanorū Im
peratorem, Auum tuum clementissimum pie ac p̄re
clarissimæ memoriæ, qui & Rempubicam Christia
nam optime fultit & auxit, proculdubio semper fuisse
cognouimus semper te, quantum in hunc usq; diem

A ij

GIVS
Wimphe
enano &
literarij
S. D.

uius Augu
Canonicus
elden, nudius
Cæsare electo
mo, habitam
nis. Item ora
uas statim fra
ui, ut ad uos
ne uestro, siq;
nihil est quin
ijs literis, quis
Carolū Au
quo Leo ma
alatur. Valete
i, Salutat uos
Augusta Vin
X.

ORATIO AD CAROLVM

nosse datum est, & animaduertimus, atq; per omnes
 ætatis tuæ gradus cõperimus, & multo maxime post
 hac fore sine dubio confidimus. Nullas deniq; res ti-
 bi deesse constat, quas ille oratorum princeps Tullius
 optimo cuiq; Imperatori necessarias esse profite-
 sci, scientiam rei militaris, uirtutem, authoritatem, foelici-
 tatemq;. Ad hæc accedat pulcherrima tuæ naturæ li-
 neamenta, egregia corporis tui præstantia, ac habitus
 do. Quapropter sacratissime ac inuictissime Cæsar cū
 post Diui Maximiliani sacratissimi Romanorum Im-
 peratoris Aui tui piæ & foelicissime recordatiõis, quẽ
 Deus optimus maximus, a quo cuncta procedunt, ex
 hac uita superiori anno sustulit, proh dolor, uniuersæ
 Reipub. Christianæ luctuosam ac dolorosam mortẽ
 sub interregno de more Francofordiæ comitijs debi-
 te indictis, de totius mūdi ac imperij gubernatore de-
 signando tractaretur, Reuerendissimi ac illustrissimi
 Principes Septemuiui, sacri Romani imperij Electo-
 res, integritate, sapientia, omni deniq; uirtute insignes
 diuina prouidentia dei optimi maxi. nutu beneficioq;
 non sine dextro quodam numine, ac obuia quadã fa-
 torũ beniuolentiã, meritis ac uirtutibus tuis iustissimo
 rectissimoq; prudentiæ suæ examine accuratissime
 circũspectissimeq; appõsis, in sua amplissima, illustri-
 simaq; septemuiua pfectiõe, absoluto collegio, te Ger-
 manum Principem tanq; inter idoneos pace & bello
 maxime idoneum, quicq; uirtute ac fortuna cæteros
 omnes antecellas, te (inquam) Regẽ Carolũ Maximũ

CAESAREM.

vnanimi ac concordi suffragio uotoq; in Romanorū
Regem futurum Imperatorem, totius orbis modera
torem & huiuscemodi augustissimi imperij molē sub
eundam tolerandamq; merito designarunt, sublima
runt, Electioisq; decretū in tuam personam edixerūt.
Quod ut tuæ sacratissime Cæsareæ Maiestati exhibea
atur, offeratur, ac insinuetur, illustrissimū Principem
Fridericum Comitem Palatinū Rheni Bauariæ ducē
de te & progenitoribus tuis quā optime meritū, Ma
gnificū Paulum de Armsdorff auratæ militiæ equitē
strenuissimū, ac me, celsitudinis tuę deditissimos obse
quentissimosq; humiles seruitores destinarunt, ac de
putarunt. Ob cuius fastigij assumptionem, ac postea
quam apud Germanos increbuit, Diui imperij Prin
cipes Electores, omniscq; Germaniæ nationis status
augustissime Cæsar, quanto tūc gaudio, q̄ admirabi
li ac ingenti affecti sint animorū lætitia, nulla uis inge
nij, nullius eloquētiæ copia, nullius ornatissimæ orati
onis splendor explicare ualet. Tuæ igitur sacratissime
Cæsa. Maiestati Imperij Electores plurimū gratulā
tur, ineffabilem omnipotētis deī gratiam comprecari
tur, ut tibi longa annorum curricula, Nestoreā sene
ctam, fœlicitatis incrementum, ac prosperum tribuat
uitæ cursum, ut diuino consilio ac tua providentia, cū
totius orbis commodo, hostibus tuis fœlicissime dor
mineris, Respublica Christiana optime gubernetur,
augeatur, ac infidelium immanitas superetur. Quip̄
pe sacratissimam Cæsaream tuam Maiestatem, uerū

A iij

ORATIO AD CAROLVM

ac potētissimum orbis dominatorē Catholicæ, propugnatores fidei, Regem Regū Christianæ Reipublicæ stabile firmamentum, ac singulare refugium Reuerendissimi illustrissimiq; Principes Septemviri, sacri Romani imperij Electores, te non modo Carolū magnum, sed & ter maximū, ut optimos ac obsequētissimos imperij Principes decet uenerātur, tibi debitam ac congruam fidem, obedientiā, humile obsequium, honorem, ac amoris sinceritatem exhibent, pollicētur. & ut sub tua iustissima protectione prorsus ab omni iniuria ac uiolentia defendantur, magnopere efflagitant, se suarūq; dominia, principatus, opes, facultates, erga tuam sacratissimam Cæsa. Maiestatem cum humilitate gratiosissime commendatas esse cupiunt, atq; adoptāt. Præterea sacratissime ac inuictissime Cæsar, cum iam dicti Principes imperij Electores te Germanum Principem dignum imperio & merito iudicarunt, tibi tātam molem totius orbis ac Imperij moderamina habenasq; tradiderunt, Superest si Christianæ Reipublicæ, si sacri Romani imperij, si dignitatis tuæ ac communi omnium Germanorū saluti ac honori cōsultum esse uelis, ut sine mora uersus patrium solum Germaniā tuam nobilissimam quantotius iter arripas, ut ita ea præsentia tua illustrata libera ab omni insultu pernicięq; hostili, prospere foeliciter, gubernetur ac tueatur. Ad quod peragendum, sacratissimam tuam maiestatem Reuerendissimi ac illustrissimi principes, sacri Romani Imperij Electores, omnisq; Ger

CAESAREM.

manic nationis status, maximo cum desiderio exhor
tant efflagitantq;. Tuæ igitur sacratissime Cæsa. Ma
iestati hoc D. imperij Electorū Decretū cum humis
lima ac debita nostri cōmendatione exhibemus, offe
rimus, atq; p̄sentamus. DIXI.

SACRATISSIME CÆSAR RE
Suerēdissimi illustrissimiq; principes Imperij
Electores, Illustrissimo Principi Friderico hic
præsenti ac nobis quædam secreta Imperij maxi
mę importantię coram sacratissima Cæsa. Ma
iestate tua ad partem referenda cōmiserunt, que
suo loco & tempore eidem cōgruo & oportu
no explicabimus.

holicæ, pro
næ Reipub
efugium Re
otemui, sa
odo Carolū
c obsequē
ur, tibi debis
ile obsequi
ibent, polli
prorsus ab
gnopere es
pes, facultat
statem cum
se cupiunt,
tissime Cæ
ores te Ger
merito iudi
imperij mo
st si Christi
si dignitatis
aluti ac ho
us patrium
ntotius iter
era ab omni
er, guberne
ratissimam
rissimi prin
nnisq; Ger

ORATIO RESPONSIVA
RESPONSIVA ORATIO EX
cellētissimi & Magnifici D. Mercurini Albo
neñ. de Gattinaria Cæsareę & Catholicę Ma
iestatis supremi Cancellarij, utriusq; iuris Do
ctoris & militis, habita post præsentationē de
creti Electionis parte Principum Electorū sa
cri Ro. Imperij, die S. Andree, ultima Nouem
bris. M. D. XIX. in Molino Regis
prope Barchinonam.

Sacratissima Cæsarea & Catholica Maiestas ex
his quæ nunc tum uerbo proposita, tum scripto
ostensa suere, iam Imperialis aquilæ effigiem cer
nit. Quemadmodū em̄ ipsa Imperialis Aquila biceps
figuratur, uelut orientem & occidentem spectans, sic
oratio hæc parte Principum Electorum stilo elegan
tissimo perorata, ipsumq; Electionis decretū scripto
editum, bicipiti tamen quadam principaliori sententiã
concepta ac distincta uidentur. Altera quidem occi
dentes solis tenebras afferente, dum luctuosum Diui
Maximiliani Cæsaris obitum recenset atq; commem
orat. Altera uero oriētis solis radios designante, dū
sacri Imperij restorationē per huiusce electionis de
cretum enunciat atq; promulgat. Si igitur caput pri
mum amplectentes occidentem solem, ipsiusq; Ma
ximiliani Cæsaris obitum iterum deslere tentabimus
priuatam simul ac publicam iacturam reminiscetes,
cōsolidatū quasi uulnus renouare uidebimur. Illudq;
virgilianū

Virgilianum nobis occurret, Ante diem clauso com
ponet uesper olympo. Quis itaq; mors ipsa lachry
mis, suspirijs, seu singultibus nequeat reparari, resta
bit bene actæ uitæ solatium, qua ab huius sæculi eru
mnis ad perennem uitam assumptus censeatur, ut sic
non mortuum Maximilianum, sed perpetuo uiuen
tem, nec per eū occidisse solem, sed sui orbis curricu
lo in nouam ac ueram lucem trāsuiſſe dicamus. Secū
dum autē orientis solis caput, hūc uidelicet uniformē
Electorum consensum in personam suæ Maiestatis
nulla ambitione, sed diuino quodam nutu collatum.
Licet iam per suos omnes procuratores & nuncios
acceptatus dicatur, Ita tamen Maiestas sua suscipien
dum ac complectendum duxit, prout ipse Diuus Cæ
sar Augustus, qui primus ad imperium Senatus po
puliq; Romani consensu assumptus fuit. Dum enim
per Valerium Messalam a Senatu missum ijs saluta
retur, Quod (inquit) scelix faustumq; sit tibi domuiq;
tuæ Auguste, Senatus consentiens cum populo Ro
mano te patrem patriæ consalutat. Gloriosam hāc sa
lutationem Augustus nequaq; insolenter accepit, sed
illachrymans ob pietatem & gratiam Senatus erga se
respōdit. Compos factus uotorum meorum, Patres
conscripti, quid habeo aliud quam deos immortales
precari, vt consensum uestrum in Reipublicæ quiete
& salute ad ultimum usq; finem perficere liceat. Sicq;
profecto Maiestas sua sacratissima Deo opti. Maxi.
iplisq; Electoribus ad id diuinitus inspiratis pro tans

B

O EX
ni Albo
lice Ma
uris Do
tionē de
ctorū sa
Nouem
Regis

Maiestas ex
tum scripto
effigiem cer
quila biceps
spectans, sic
stilo elegans
retū scripto
ori sentētia
idem occi
osum Diui
q; comme
signante, dū
ectionis de
caput pri
siusq; Ma
entabimus
miniscentes,
nur. Illudq;
virgilianū

ORATIO RESPONSIVA

to munere (nec dicā onere) in se collato, gratias agens id solum ab altissimo gratiarum omnium exhibitore exposcendum ac exorandum censet, ut huiusmodi Electorum decretum, ipsumque onus iniunctum ita explere liceat, quod diuino satisfiat obsequio, Reipublicæ consolidatur, sacrum Imperium restauretur, Christianæ religioni incrementum accedat, Apostolica sedes stabilatur, ipsa Petri nauicula diu fluctuans, in salutis portum deducatur, perfidorum quoque Christiani nominis hostium exterminatio sequatur, hincque ipsa Saluatoris sententia impleatur, ut fiat unum ouile, & unus pastor. Cum autem ipsis sacri Imperij Electoribus pro re tanta non solum meritas gratias agere, sed & debitas referre laudes iubeamur, lapideo quasi ac impenetrabili signo obiecto, proprio ictu repercutimur. Dum enim has Electorum laudes prædicare conamur, eorumque prudentissimum consilium, diligentem præteritarum rerum cognitionem ac examinationem, æquã præsentium moderationem, necnon perspicacissimam futurorum considerationem ostendere cupimus. Cogimur profecto has electorum laudes ad ipsius Electi repercussionem maturare, utpote ex quo tanquam ex uero lumine, ipsorum quoque laus collustretur. Quid enim maiori dignum preconio Electoribus ipsis tribui posset, quam quod suo prudentissimo consilio eum in Cæsarem deligendum censuerunt, quo nullus in uniuerso orbe maior appareat. Non maior (inquam) animi & corporis dotibus, non origine ac sanguine, non amicis &

AVI CAROLI. OTTAVO

fautoribus, non regnis & dominijs, non potentia & diuitijs, non militibus alijsq; gentibus bellicosis ad arma cuiusuis generis capescenda paratis, non equis & armis, bellorumq; machinis, sine quibus bella geri nequeunt. Quid præterea laudabilius ijs ascribi posset q̄ quod ex ipsa præteritarum, præsentium & futurarum rerum animaduersione eum imperatorem futurum decerneret, qui diminutum ac fere exhaustum imperium restaurare posset, qui implumem aquilam refoueret, renouaret, ac ad propriam naturam deduceret, qui præteritos antecessorum defectus suppleret, præsentem statum illesum conseruaret, futuris quoq; successoribus opportune consulere. Quid tandē maiori laude dignū ijs retribui posset quam quod diuino ipso spiritu meruerint informari, & una uoce, unanimitate consensu, uniformiq; sententia eū ad imperij gubernacula assumerent, quem cerneret origine & moribus cōformem, Germanum natum, & a Germanis parentibus ortum, ex ipsaq; imperatoria stirpe genitum, ætate florentem, corpore præstantē, ac ad quodlibet armorum genus aptissimum, agilem, robustum fortem, magnanimum, iustum, clementem, ac liberalem, bonis moribus indutū, cæterisq; omnibus uirtutibus plene refertum, ac ab omni uitiorum labe penitus alienū, in quo uis est magni animi, simulq; extarere uidentē seniles mores iuuenili in corpe siti, ut sic eius ministerio utrūq; tēpus & bellorū & pacis recte possit

B ij

ratias agens
hibitore ex
smodi Ele
ita explere
publicæ cō
ristianæ re
sedes stabi
salutis por
tiani nomi
ipsa Salua
& unus pa
bus pro re
& debitas
impenetra
mur. Dum
namur, eo
tem præter
ōem, æquā
picacissimā
imus. Co
sius Electi
anq; ex ue
Quid em
tribui pos
Cæsarem
uerfo orbe
mi & cor
5 amicis &

ORATIO RESPONSIVA

gubernari, illudque Dauidicum impleri, ut iusticia & pax se inuicem deosculentur. Quanto uero magis huius rei magnitudinem spectamus, tanto magis laudandi uires deficiunt, quasi id opus non humanum sed diuinum censeatur, quando quidem imperium a solo deo institutum iura omnia testantur, quod & a prophetis enunciatur, & a saluatore Christo nascente & moriente approbatum, & ab Apostolis predicatum, & ab ipsis sacris Canonibus sancitum legitur. Faxit itaque deus opti, maximus, ut huiusmodi Imperium sub Carolo magno diuisum, & ut plurimum a Christianæ religionis hostibus occupatum, sub Carolo maximo ualeat instaurari, ad ipsiusque uiui & ueri pastoris obedientiam reduci. Sitque electus ipse Cæsar noster foelicior Augusto, & Traiano melior, qui iam nil aliud concupiscit, nil amplius ardet & appetit, quam ipsorum Electorum uotis pro uiribus satisfacere, ijs personaliter promeritis correspondere, ceteraque Imperij membra uisitare & fouere. Ipsas quoque solennitates de more institutas quamprimū perficere & obseruare, quod faciente altissimo proximo uere futurum sperat. Restat nunc, ut ad te illustrissimū Principem Fridericū Palatinū Rheni, Comitem, in Bauaria Ducem, tuosque in hac parte collegas hic adstantes sermonē conuertam, id duntaxat enunciaturus nil gratius uestro hoc aduentu Cæsari nostro contingere potuisse, tum inspecta horum qualitate, a quibus hæc legatio est iniuncta, tum etiam perspecta negotij uobis commissi excellentia, tum demū

CAROLI.

cum demum ex illa erga te illustrissimum Principem
intima beniuolentia, familiarique conuersatione, quam
sua maiestas ab ineunte ætate ab ipsiscq; teneris annis
tecū habuisse dignoscitur, qua te semper benigne cōs-
plexus est, ob tuam in se fidem & obseruantiam diuti-
us expertam, aliasq; uirtutes innumeras, quibus etiā
apud diuę memorię Philippum patrem, & Maximi-
liā nū Auum optime claruisti. Eo igitur quo antea so-
lebas familiaritatis priuilegio deinceps cum sua Maie-
state uti poteris. Cumq; reliqua secretiora Imperij ne-
gotia tibi cōmissa tractare uolueris, præbebit Maie-
stas sua aures gratissimas, teq; semper ea qua solet be-
nignitate & clementia acceptum commendatumq;
suscipiet, DIXI.

LITERÆ QVIBVS REX CA

rolus Electoribus gratias agit, quod
eum Augustum designauerint.

CAROLVS diuina fauente clemētia electus Ro-
manorum Rex, futurus Imperator semp Augustus, ac Hispaniarū utriusq; Siciliae & Hierusalē &c.
Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantie &c. Comes Flandriae, Tirolis &c. Dñs in Asia &
Africa &c. Reuerendissimo in Christo Patri, domi-
no Alberto. TT. S. Chrisogoni. S. R. E. presbyte.
Cardinali & Archiepiscopo Moguntino Sa. Roma-
ni imperij Archicancellario per Germaniam, Princis

B iij

LITERAE CAROLI

pi Electori amico & Consanguineo nostro charissimo Salut. & omnis boni incrementum, Reuerendissime in Christo Pater, amice & Cōsanguinee noster, uenit ad nos illustrissimus Fridericus Comes Palatinus ad Rhenū, Dux Bauariæ, Princeps & Cōsanguineus noster charissimus, & nunciata nobis legatione sua Decretum Electionis quo Reuerēdissima paternitas uestra reliquiq; Principes Electores nos Augusti titulis decorarūt, nobis tradidit, quod cū summum nominis nostri ornāmētū, firmissimum regnorum nostrorum p̄sidium, & æternum quendā dignitatis nostrę splendorem, deniq; maximū qui Regi de ferri possit honorem censeamus decretum, illud summa animi alacritate, gaudio, læticiaq; suscepimus, fuit q; nobis in eo p̄cipue gratum, quod cōmuni omniū consensu nos Cæsarem designaueritis, quod tāta uerborum & sententiarum grauitate, nos ad celsissimum Romani imperij solium euexeritis, utut earum pōdere rei magnitudinē prope adequasse uideamini. Nos autem in primis optauimus, ut deo omnipotenti, cui omnia accepta referēda sunt, meritam pro uestro hoc munere gratiam, iustis honoribus & memori mente p̄soluere possimus. Deinde eum comprecati sumus, ut hanc imperatoriam potestatem tam Reipub. Christianæ utilem, q; nobis decoram esse uelit. Reuerendissime ꝑo P. V. cæterisq; Principibus Electoribus maximas gratias agimus, sed ita ut maiores etiam habeamus, ac nos uobis memoria huius beneficij semp

AD ELECTORES.

terna obstrictos fateamur. Hoc autē nobis tam unanimi assensu uestro obligatis ꝑꝑꝑuo studio, cura adnitēdum putamus, ut sacrum Romanū Imperium ea Iustitia, fortitudine & continētia, tēperemus, ut æquissima, mansuetissimaqꝫ imperandi ratione uestrum in nos collatum beneficium uniuersis gratum atqꝫ ꝑꝑꝑbatum facimus. Ita enim Reuerendissimę P. V. & reliquis Electoribus maiores gratias relatū iri existimamus qꝫ unqꝫ agere, habere, aut referre possimus. Cæterum cum inter reliqua ex ipso Duce Friderico Reuerendissimam P. V. Collegasqꝫ suos miro aduētus nostri desiderio teneri, hocqꝫ omnes uno ore contendere intellexerimus, licet omnia aliogn ad iter nostrū necessaria parabamus, uestris tamē hīs cōmunibus uotis inuitati, ita nostrę aduētum maturare statuimus, ut celeritate eius & itineris nos longitudinem atqꝫ difficultatem exuperasse, & uestram expectationem ꝑꝑꝑcupasse, nostramqꝫ magnitudinem nō nihil neglexisse uisum iri arbitremur. Datum ex Molino Regio die sexto Nouembris, Anno domini, M. D. XIX. Regnorum nostrorum Romani ac Imperij Primo, aliorum uero quarto.

IN SIMILIFORMA MUTA
tatis mutandis ad reliquos Electores
scriptura fuit.

EPISTOLA SVMMI PONT.
CHARISSIMO IN CHRISTO
filio nostro Carolo Ro. & Hispaniarum Regi
Catholico, Leo Papa Decimus.

Charissime in Christo fili noster Salut. & Apo-
stolicam bene, Literas Maiestatis tuę quibus p-
sonam suam in Regem Ro. concordı unanımıq; Sa-
Ro. imperij Electorū consensu electam fuisse signifi-
cabant in consistorio nostro secreto, coram uenerabi-
libus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus legi feci-
mus, quę talem prudentiam modestiamq; p̄ferebāt,
ut non solum a nobis, uerum & omnibus Cardinali-
bus, eadem Maiestas tua plurimum laudata & com-
mendata fuit. Nouit ille qui scrutator est cordium, &
cognitor secretorū quo animi gaudio, quanta cordis
leticia exultauerimus, gratias agētes gratiarū oīm lar-
gitori, qui cū sit magnus nec magnis, magna glorio-
sus operat̄ in minimis, & superbos terre humiliās vñ
timentibus gratiam tribuit & honorem. Habita igitur
super ijs cum uilis fratribus matura deliberatione
ut pro tam fausta foeliciq; electione illius, auctori deo
gratias ageremus, Missam de Spiritu sancto, qui Ele-
ctorum corda illuminare, ac in tuam Maiestatem di-
rigere dignatus fuit, in sacello nostro, in quo nos &
p̄fati Cardinales interfuimus, per unum ex eisde Car-
dinalibus solenniter celebrari, ac per aliam Urbē no-
stram ignes & alia leticię signa fieri iussimus, in eo cu-
ius uices in terris (licet immerite) gerimus, confiden-
tes quipse

tes quod ipse cui omnia & futura presentia sunt, eximias uirtutes omnes quae tam in materno quam in paterno Auctore tuo fuerunt in te uno clarissimas fore, praevidens te fidei suae firmissimum futurum praesidium, utriusque Aui titulis ac honoribus decorare, eorundemque Imperii ac regnorum potentatum & uiribus augere merito uoluerit, Sperantesque quod tu Evangelici dicti memor, quanto plura in hoc & maiora in hoc mundo ab ipsius mundi creatore te adeptum fuisse cognoueris, tanto humilior te reddes, cogitabisque una cum magnis honoribus, magna & laborum onera, ingentemque curarum molem subiisse, non solum pro Ecclesia matre tua, cuius & sanctae Apostolicae sedis factus es aduocatus, omnisque Christianae Reipublicae quiete ac pacificatione conseruanda, Et liga inter Maiestatem tuam & alios Reges ac Principes, cuius nos caput esse uoluistis, inuiolabiliter seruanda, Veruetiam Mahumetica secta penitus eliminanda, que omnia sane difficilia atque ardua efficere nostrasque & omnium spes de te conceptas facile implere poteris, si uanis cupiditatibus posthabitis atque contemptis, tuos in dominum cogitatus direxeris eiusque praecipua & mandata praec oculis & animo semper habueris, Ille enim per quem Reges regnant, & principes imperant, principatus tui solium confirmabit, & dabit tibi uirtutem & fortitudinem, quibus populos curae tuae creditos tranquille regere & gubernare, inimicis autem resistere, Christianamque fidem sicut praedecessores tui fecerunt, non solum seruare, sed & pro-

T.
ISTO
um Regi

ut, & Apo
e quibus p
animoque Sa
uisse signifi
m uenerabi
ous legi feci
que praeferebant,
s Cardinali
ata & com
cordium, &
anta cordis
rum oim lar
gna glorio
militiam un
habita igit
liberatione
uctori deo
to, qui Ele
estatem di
uo nos &
eisdem Car
n Urbem no
is, in eo cu
confiden
tes quod ipse

EPISTOLA S. PONT. AD CAROLVM.

pagare, & quę semper nobis pollicitus fuisti, re ipsa p̄-
stare atq; adimplere poteris. Tu ergo charissime fili no-
ster, cuncta quę habes & possides a domino honorę
omniũ largitore, ut par est, recognoscens te ipsum p̄-
para, ut tam pro claris cominentibusq; dignitatibus
& honoribus quibus preter cęteros elucescis, & mi-
cantissimi syderis instar coruscas, proprijs uirtutũ me-
ritis parem te reddas, illisq; dignus iudicaris. Quod si
(ut speramus) feceris, te in summo Maiestatis fastigio
positum omnes admirabũtur. Inde q; nomini tuo p̄-
conia uerę laudis accrescent, & ab altissimo Rege (cui
puero Reges ueniẽtes de Saba plena deuotionis mu-
nerat obtulerunt) remunerationis æternę tibi coro-
na proueniet. Nosq; Maiestatis tuę incrementa non
spiritalibus tm̄, sed temporalibus etiam fauoribus &
gratijs promouere studebimus, sperantes in domino
quod nostrã & dictę Sedis dilectionẽ paternãq; be-
niuolentiã tu tanq; gratus ac deuotus filius corde sem-
per atq; opere promereri curabis. Datũ Romę apud
S. Petrum sub annulo Piscatoris, Die, xvi. Augusti.
M. D. XIX. Pontificatus nostri anno septimo.
Euangelista. FINIS.

ERRATA. A. Pag. ij. pro Si lecta, lecta. Eadẽ. digne, digne
Eadem. pontificij. lege pontificio.
Pag. iij. semper te. lege, talem te.

OLVM.

uisti, re ipsa p̄
iffime fili no
mino bonore
s te ipsum p̄
dignitatibus
cescis, & mi
s uirtutū me
ris. Quod si
tatis fastigio
mini tuo p̄
o Rege (cui
otionis mu
e tibi coro
menta non
uoribus &
in domino
ternāq; be
s corde sem
Romę apud
i. Augusti.
septimo.
S.

digne, digne
tio.



TRA
de





Disputatio
facij & C. vlogst.

539









5. 2

JACOBUS SPECTABILIS REGIS
Alexandre dominus Vobis Abbas Vampis
tingo & Physion Theologicis Rhetoricis
Suoque una quolibet sermo habent

ORATIO HABI

TA CORAM CAROLO AV

gusto designato, in præsentatione des

creti Electionis, cum Respõsiua,

ac quibusdam alijs.

